

## *Realia* e restituzione del testo: tre passi problematici

Arsenio FERRACES RODRÍGUEZ

Catania, 16 novembre 2018

### 1. PLIN. *NAT.* 29, 71:

Neque anguis uenenatus est nisi **per mensem** luna instigatus, et prodest uiuus comprehensus et in aqua contusus, si foueantur ita morsus.

### 2. PS. *APUL. HERB.* 130:

#### 1. Ad capitis dolorem et cui somnus non uenit.

Pro anacollima in frontem inducis. Sucus eius herbae eodem modo capitis dolorem sedat, etiam somnus ei cito ueniet mira celeritate.

#### 2. Ad aurium dolorem.

Sucus eius cum oleo nardino solutum, mixturas suffundis auribus, statim mire sanat.

#### 3. Ad podagram quamuis grauissimam **de dextra manu et pede dextro**.

Mandragorae tollis scripula singula et facies puluerem et dabis potui in mero per dies VII, mira celeritate sanatur. Non solum tumorem, sed et contractionem neruorum utrique ad se reuocat et etiam dolores utrique mire sanatur. Hoc auctores experimentauerunt.

4. Ad epilepticos, hoc est daemoniosos, et qui spasmus patiuntur, sic facies:

De corpore ipsius herbae mandragorae tribulas scripulum I et dabis bibere in aqua calida, quantum merus continet, statim mirifice sanantur.

#### 5. Ad filacteria infantium propter fascinum aut indicium.

Infantibus in collo suspendis in linteolo mundo et de tela ligabis, ita ut ad tempus non nomines.

#### 6. Ad perfrictionem et neruorum contractionem.

Tollis de corpore ipsius herbae unciam I, tribulas puluerem tenuissimum, conmisces cum oleo suaue et perungues eos, qui supradictas curas habent.

7. Si qua generis cuiusque malitia in domo uisa fuerit.

Herbae mandragorae quantumcumque in media domo habeas, omnia mala expellit.

3. ISID. *ORIG.* 17, 9, 30:

**Mandragora** dicta quod habeat mala suaueolentia, in magnitudinem mali matiani: unde et eam Latini malum terrae uocant. Hanc **poetae anthropomorfon** appellant quod habeat radicem formam hominis simulantem. Cuius cortex uino **mixta** ad bibendum datur, quorum corpus propter curam secandum est, ut soporati dolorem non sentiant. Huius species duae: femina, foliis lactucae similibus, mala generans in similitudinem prunarum; masculus uero foliis betae similibus.